

QK. 254, 24.

PRIMAS LINEOLAS
VITAE

Z c
3655

VIRO SVMME REVERENDO AMPLISSIMO DOCTISSIMO
**IOHANNE GODOFREDO
LESSINGIO**

ARTIVM LIBERALIVM MAGISTRO

ET
SACERDOTE APVD NOS PRIMARIO
SANCTISSIME ACTAE

EXHIBET

X 2313012

Camerz

ET
SENATVM GRAVISSIMVM
REIPUBLICAE CAMITIANAE
PATRONOS SCHOLAE

CETEROSQUE

QVI MVSIS NOSTRIS FAVENT

AD AVDIENDAS

ORATIVNCVLAS QVASDAM

SVMMA PIETATE ET HUMANITATE

INVITAT

M. IOHANNES FRIDERICVS VOIGTIUS
RECTOR.

BVDIASSAE, LITTERIS VID, SCHOLTZIAE,



ALDUS MANUTENSI
S. C. T. M. A. P. V. C. M. A. P. V.
CONSTITUTIONE
CIVILIS
ESTABLISHMENT
OF THE
CHAMBERS OF TRADE AND INDUSTRY
IN THE
PROVINCE OF SACHSEN



audabunt alii sua, quibus iure gloriari possunt,
 Lumina, viros, quos propter eximiam, quam
 præ se ferunt, sanctitatem, doctrinam, fidem,
 prudentiam, virtutes ceteras, mirantur, gestant
 in oculis. Habet et *Camitium ornamenta sua*,
 quæ probe intuendo mentes, si lœvæ non es-
 sent, neque, nouis potius qualibuscunque captæ tractæque pue-
 riliter, fastidirent præsentia, ad sapientiam frugemque peruenire
 possent. Habet in primis *venerabile illud carumque caput*: habet
Lessingium, signum hoc in templo Dei bonum, totque nominibus
præclarum atque conspicuum. Rara, profecto, et incomparabilis
 mihi fortuna contigit, vt *senem hunc lacerdotii sui* ante dimidium
 sæculum suscepit, et per tot annorum teriem felicissime gesti me-
 moriam pie recolentem, mirificoque cum animi, tum corporis vi-
 gore adhuc fulgentem *vatem* sub ipsis huius anni auspiciis iubila
 deuota* e suggestu sacro decantantem audirem. Cuius diei celebritas
 licet non ad eos tantum, qui his mœnibus, agrique Camitianam am-
 bitu continentur, sed ad vniuersam quoque Lusatiam, quæ, quan-
 tum ego quidem scio, deceun lustrorum sacerdotem mente corpo-
 reque vegetiori adhuc valentem alit neminem, pertinere videtur:
modestia tamen *senis nostri* mediis tranquilli in vndis, *cuius virtutes*
 latere minime possunt, sed, quo magis occultantur, eo magis ipsæ
 per se lucent splendentque etiam in tenebris, ambitiosas laudatio-
 nes quascunque, sollemnesque pompas fieri vetuit grauissime, vix-
 que ego, veritus quippe, ne, Lyceo quoque tacente, vel ipsi la-
 pides muti, indignabundi tamen, ad conclamandum excitarentur,
 ab *illius humanitate* impetrare potui, vt, primas tantum *vitæ san-
 ctissime actæ* lineolas adumbrando, hisce pagellis pretium quod-
 dam querere liceret.

* Ad Psalm LXXI. 17. 18.

Accipias itaque, *Camitium*, mente haut iniqua hanc pietatis in Lessingios meæ tesserulam: monumentum vero ære perennius, tantoque nomine dignum, cogitent Schröckhii, Klotzii, ipsi Lessingii. *Fortunatus senex noster* in lucem hanc editus est Camitiæ a. d. XXIV. Nouembris anni superioris saeculi XCIII. matre *Anna Dorothea*, viri et olim, et adhuc apud nos celebratissimi, qui, quod recte mireris, per diuidum saeculum publici huius ciuitatis consilii particeps, consul annos XLIII. fuit, tandemque octogenario maior animam Deo reddidit anno huius saeculi XVIII. quique, quod ciues nostri, seniores in primis, adhuc vno ore laudent; hanc scholam summis in deliciis habuit, *Godofredi Hillmanni* filia prima e primo connubio susceptra. Patrem habuit *Noster Theophilum illum*, qui annos LIII. magistratum, consulatum XXIII. apud nos gesit, et lustro huius saeculi VII. fere exacto, senex annorum LXXXIX. ad cælitum euocatus consortium decus non gentis solum sue, sed totius quoque ciuitatis nostræ extitit omni laudis genere excellentissimum. Hic ipse *Theophilus Dorotheæ sue* anno superioris saeculi XC. secundis votis iunctus ex eadem genuit liberos IX. quorum e grege *Noster* tantum, Filius tertius, nec non ultimus ille, quem honorificentissime nomino, *Iohannes Trangott*, curiae provincialis in Lusatia superiori aduocatus, cui Elector curam et inspectionem vectigalium, accusam vocant, commisit, adhuc sunt superstites.

Longum foret enumerare Lessingios, qui famam consecuti sunt, ex antiqua hac, quam virtus nobilitauit, familia natos. Hoc vnum attingendum existimo, auum *Nostræ* paterum, *Christianum*, olim consulatu in episcopatus Martisburgensis oppido, *Skeuditz*, proavum, *Matthiam*, Diaconio, abauum, *Clementem*, sacerdotio primario ibidem claruisse, cuius quippe cognomen expressum per *Lessigk* legimus in iis, qui ecclesiæ nostræ symbolo formulae concordie nonnne satis noto subscripterunt.

Primum Parenſ *Noſtrum* ingenio perquam docili præditum intra

❧ ♦ 5 ♦

intra priuatos parietes continebat studentem; qui tamen, in scho-
lis vtilius, quam domi, erudiri pueros, non a Fabio tantum, sed
ipso quoque vnu edoctus ab honesto hoc, nostra tamen tempesta-
te haut publico more priuata quadam, quamvis inani, persuasione
minime dissentiebat, puerum potius disciplinæ, qui tum in hoc Ly-
ceo litteras docebant, Hartmanni, Rectoris, Lindneri, Conrecto-
ris, tradebat. Quorum doctrina licet adolescenti prodeisset plurim-
um, bonis tamen præceptoribus, fortasse vanitatem huius sæculi
iam tum pertæsis, saepè bilem mouebat inexplicabilis fere historias sa-
ceras, profanas nouaque, quæ tum in terris gerebantur, cognoscen-
di cupiditas in alacri indole elucens.

Sæpe pater dixit: studium quid inutile tentas? *

Sed

Non eadem est ætas, non mens. **

Noster enim, non quidem, vt solet, soli natalis, aut præce-
ptorum disciplinæ tædio, aut, quotquot terra habet, scholas per-
currendi voluptate correptus, sed ruina *Camitii*, flammis prope
penitus deleti, coactus, postquam anno huius sæculi VII. Gœrli-
cium commigrasset, tanto maiorem in linguis, eruditas vocant,
addiscendis ponebat industriam, quo rectius intelligebat, futurum
sacrarum litterarum interpretem quemcunque illarum notitia carere
minime posse. Ardor præterea, quo Lessingius ad honestatem et
reliqua doctrinarum studia ferebatur, constans et eximus cum vi-
ros acutissimos, Gymnasii tunc præceptores, *Großerum*, Rectorem,
Haußumque, Prorectorem, nullo pacto lateret, facile ab his impe-
trare poterat, vt adolescenti maiora spectanti, et ad ea rectis studiis
contendenti tribuerent quam plurimum.

Quam litterarum sitim *Noster* vt eo melius sedaret, animum-
que veræ doctrinæ cupidissimum, quantum fieri posset, expleret,

A 3

anno

*) Ovid. Trist. I. IV. cl. X. **) Horat. I. I. Ep. I.

anno huius saeculi XII. ad aliam illam puriorum sacerorum matrem, *Vitebergam*, proficiscebatur. Mentem ad Theologiæ studium in primis cum applicasset, ibi audiebat *Vernsdorffum*, *Chladenium*, *Schrœerum*; in philosophicis, reliisque, quæ ad humanitatem pertinent, disciplinis *Bergerum*, *Clausingum*, *Stranzium*; in linguis, quas vocant, orientalibus, *Elsuicum*, tantisque viris operam dabat assiduam. Sermonem vero Anglicanum, quo *Noster* et adhuc vñice delectatur, cuiusque cognoscendi iam adolescens mira auiditate flagrabat, ex *Haffio* discebat satis feliciter: *Idemque*, non quidem pruriginosa quodam inclarescendi voluptate excitatus, sed ut ad penitorem variarum rerum intelligentiam tanto celerius perveniret, disputando et linguam, et animum erectum quam sapissime exercebat, iamque primo curriculi huius Academici anno, m. Augusto,

Planeri nouam sententiam, de affectibus,

publice respondendo defendebat strenue. Pari virtute pugnabat *idem* statim anno sequenti pro *Hausenio*, quem Professorem mathematicum ordinarium, Lessingio amicissimum, paullo post Lipsiæ mors immatura extinxit,

de aureis Hierosolymis,

mox de vaticinio Caipha,

nec non anno h. s. XIV. pro *Haffio*, moralium et ciuilium Professor publico,

de non commutando sexus habitu, Deutr. XXII. 5.

e cathedra Academica publice differenteribus.

Subridemus ipsi, inque aurem amici tritum illud: *teneas risum!* insursum solemus, quoties imberbem, omni fere arte carentem, insolenti tamen arrogantia ad ranæ istius Aesopiacæ amplitudinem usque inflatum videre contingit artium liberalium Magistrum, qui, licet ipse vix adhuc ære lauandus, annulum, quem dicunt, Magistralem, leuitatis suæ testem, pretio satis magno emit.

Lessin-

Lessingium iam proximo post, quam Vitebergam salutasset, anno Magisterium accepisse, ingenue fateor. Sed qui, quælo, fieri poterat, ut *Noster*, quamvis annos fortunamque prætexens, auctoritati Decani tum, *Brendelii*, grauissimique *Bergeri*, diutius resistere et repugnare posset, qui non tantum, se ingenium et in disputando probatam dexteritatem *Candidati*, non annos, spectare, aperte declarabant, sed etiam *rite exploratum*, beneficio Electorali statim perfruendo dignissimum censebant? Mihi quidem artium quisque Magister, qui vel mediocriter sapit, quanquam haut ita pridem ex ephebis excesserit, verendus tamen videbitur, constet modo, eundem *nihil appetere iactatione, nihil ob formidinem recusare.**

Quem tot miseri horrent, Senatum sacrum apud Dresdenses supremum *Noster* laeta fronte adibat anno h. s. XVI. ad finem vergente, promteque et commode ad quæstiones propositas quamvis difficiles respondendo satis probabat, se Theologum talem futurum, qualem nos adhuc habemus cognitum.

Vitebergam m. Apr. anno h. s. XVII. reuersus sacerorum priorum ante duo sæcula a D. Luthero restauratorum piam memoriam *Ipsè* celebrabat dissertatione, quam publicæ disquisitioni proponebat, a Se exarata, quæ inscribitur:

Vindicia Reformationis Lutheranae a nonnullis praividicis.

Eadem tempestate *Patres huius reipublicæ*, qui tum floreabant, *sapientissimi*, probe intelligentes, ut in semente posita spes messis est, ita totius reliquæ vitæ exspectationem ab educatione pueritiae prodire, nouum illud apud nos munus Sacerdotis, qui prima doctrinæ Christianæ elementa doceret, *Catechistam* vocant, studio nunquam satis laudando condebant, condito præfiebant *Nostrum*. Parebat Ille Patribus, qui *civem suum vltro*, neque vllis precibus ambitiosis compulsi Viteberga euocabant. Obsequebatur desiderio suffra-

*) Tacit. de vita Agric.

suffragiisque *Patriæ*, quæ *Ipsum* exceperat, fouerat, aluerat, quamque sanctissimam antiquissimamque *Parentem* habebat, atque eiusdem anni d. XXI. Dec. inaugurationem sacerdotalem a Consistorio, quod Dresdæ est, supremo petebat, eaque rite impetrata a. d. II. Ianuar. anno h. s. XVIII. proximo ab ipsius Kalendis die Dominico, concionem apud nos auspicalem habebat, *Suamque fidem*, quam nobis adhuc præstitit inuolatam atque inuictam, commendabat modeste auditoribus.

Sunt, et, proh dolor! sunt quam plurimi, qui sacerdotium, quod misere quæsuerunt, consecuti tandem, licet interdum facultatibus ingenii non contemnendis ornati, tamen existimant, se iam ad ultimam studiorum suorum metam peruenisse, turpissimæque desidiae indormientes, disfluentesque luxuria, gemunt:

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit!*

Longe aliam viuendi viam Lessingius ingrediebatur munere sacerdotali propter otium, quod largitur, ad vacandum Musis quam maxime idoneo decoratus. Neque enim fieri poterat, ut animus *Lius* litteris haut leuiter imbutus in dulcissimo hebesceret otio, perniciosoque isto errore caperetur, ciuem Academicum, qui duo, tres, quatuor ad summum, annos in litteris cognoscendis tractandisque studium suum ponit, diuinam humanamque sapientiam omnem deglutire, sacculoque Academico iam constricto, Penates patrios familiaresque repetere posse securum. *Doctores Academicci*, credite iuvenes! quamuis in omni doctrinarum genere versatissimi *Ipsi*, nihil tamen aliud agunt, quam ut vobis rectam regiamque, qua ad templum *veræ Sapientiæ* itur, commonstrent viam, quam si deinceps, somno socordiæque dediti, ex oculis amiseritis, nunquam profecto vobis *adire Corinthum* continget.

Noster, totus pæne inuolutus litteris, primum tamen omnium id cum *animo pio* cogitabat, qua ratione *Ipsæ*, prima Religio. nis diuinæ elementa recte apteque docendo, teneræ ætati, iuante

Deo

* Virgil, Ecl. I.

Deo , prodesse plurimum , nouoque muneri *suo* decus nouum addere posset . Circumspiciebat libellos , quibus ducibus rem tantam bene ageret . Sed vix ullum huic institutioni mentique *sue* accommodatorem , sunt certe raræ aues in his terris , cum deprehendere posset : *Ipse* telam orsus contexebat opusculum illud , ad cuius normam doctrina hæc Catechetica adhuc apud nos traditur :

Rechte Gestalt vom Anfange Christlichen Glaubens und Lebens.

Cuius quidem generis libelli , in quibus nimirum doctrinæ purioris elementa disposite , solide breuiterque exponuntur , quamvis egregios plane fructus pariant Ecclesiæ : his tamen Catechista prudens atque idoneus , qui perspicua et dilucida rerum diuinarum expositione puerorum mentes occupare , ducere valet , neque responsionibus horum qualibuscumque in Labyrinthum pene inextricablem ipse se coniici patitur , accedat necesse est . Dolui equidem , immo deploraui fere miseram illam puerorum sortem , qui non raro ad inconcinnam raucamque Dominorum suorum Polonorum gingrinam , flagrante dura , saltare visi sunt .

Ieremia Fribergio , Sacerdote olim apud nos primo , anno h . f . XXIV. placida morte ad Beata illa habitacula translato , *Noster Archidiaconum* , ad quod iam mense e . a . Aug . evectus erat , ipso die Christi natali capesset , annoque demum huic proximo *Iustitiam Salomon* , Theologi præclare de ecclesia Camitiana meriti , *Godefredi Felleri* , filiam natu primam *sibi* adiungebat *Vxorem fidissimam* , ex quo coniugio , inter multas acerbitates , suavitate sua ne nunc quidem destituto XII. liberi procreati sunt , e quibus *filia una lectissima* , *filiī IV.* quis , quæso , ignorabit Lessingios ? Civitatem hanc Absentes , Præsentes , illustrant .

Occupationibus Archidiaconii continuis fere impeditus *Noster* studia doctrinarum tamen intermittere nullo pacto poterat . E linguis potius , Gallica , Anglica , optimorum Auctorum monumenta reddebat Teutonice ; ad pietatem veræque virtutis studium allicient .

tes meditationes litteris mandabat; *Colerum illum*, Vinariensem, in exaranda Ephemeride, die auserlesene theologische Bibliothek, opera sua adminiculabatur; de scriptis noue diuulgatis subtiliter et modeste iudicabat; cum Viris immortali fama fulgentibus, *Marpergero*, *Læscherio*, *Moshemio*, *Rambachio*, *Neumeistero*, *Pleskio*, cet. quorum epistolas autographas *Senex* adhuc in oculis fert, deoscultatur, commercia litterarum erudita atque indefessa habebat; verbo: nullum diem prætermittet sine linea.

Socer, *Godofredus Fellerus*, cum anno h. s. XXXIII. hanc mortalitatem exuisset, gradum Sacerdotii apud nos *primum Noster* adscendebat. Tantum vero aberat, vt in tractandis colendisque litteris segniorem se ostenderet, vt potius Symbolas suas laudabiliter elucubratas Virorum eruditorum conciliis impertiret assidue. Sed de his deinceps.

Vix villa iucunditas, sublata amicitia, in hac vita inueniri potest: quare præclare *Tullius*, in *Lælio*: *amicitiam, inquit, omnibus rebus humanis anteponamus. Nihil est enim tam nature aptum, tam conueniens ad res vel secundas, vel aduersas.* Sed, quod sape iam dolui, veteres diffugiunt amici, et communi omnium mortali- um fato tracti oculis nostris sensim eripiuntur; nouos autem, quos vere dixeris, amicos comparare, arduum omnino est, atque periculose. Viri, quos iam commemoraui, quosque amicos *sibi reddiderat*, doctissimi, pedentem ex hac vita discesserant: quare *Noster*, solus fere relictus, latius ducebat, *sapientem* huius theatri *spectatorem* latere, quam *Ipsum* in eodem versari *agentem*. Speculabatur itaque, quod et adhuc facit, attenta tacitaque mente miras rerum, inaxime eruditarum, vicissitudines, in *Se*, scriptaque a *Se* olim edita descendebat, eaque ruminabatur, neque ita pri- dem dissertationem illam anno h. 1. XVII. Vitebergæ publicæ ven- tilationi exhibitam curis velut posterioribus augebat. *Quis enim melius de vera emendatorum a B. Lutherò sacrorum ratione iu- dicare valeret Theologo Nostro tam longo vsu docto atque exercita- to?*

to? O beatum senem, in quem Catonianum illud mirifice quadrat: *
aptissima omnino sunt arma senectutis artes exercitationesque virtu-
tum; quæ in omni ætate cultæ. cum multum diuque vixeris, mirifi-
cos afferunt fructus.

Subiicienda his, quæ iam dixi, omnino esset animi Illius ex-
celsi, liberalis, in grauissimis calamitatibus constantis, pietate perpe-
tua, et virtutis amore pleni, aliarum rerum quam plurimarum de-
scriptio. Sed memorem iam illius Fauoriniani: turpius est, frigi-
de laudari, quam acerbius vituperari, ** increpat senex Noster mo-
destus, cuius auctoritati pareo. Sed

Pascitur in viuis liuor; post fata quiescit:
Tunc suus ex merito quemque tuetur honor. ***

*) Cicero in Cat. c. 3. **) Gell. Noct. Attic. I. XIX. c. 3. ***) Ovid. de Ponto I.

A.) Scriptorum omnium
a Lessingio nostro

exaratorum enumeratio secundum annorum h. s. seriem.

Anno h. s. XX.

Sonderbare Hausandacht, die in einem Gebete vnd vier Liedern
bestehet, zur Zeit der grossen Theuerung, in Dresden gedr.

Prostant hi hymni in hymnario Camitiano sub numeris 307. 309. 310. 313.

Allgemeine Erinnerungen bey Beurtheilung der Besessenen, Ge-
ipenster, Zauberey vnd Hexerey;

de quo vide die XLII. Expedition des geschaftigen Secretarii, 1720. pag.
594 - 598.

XXIV.

Die rechte Gestalt vom Anfange des Christlichen Glaubens vnd Le-
bens, nebst Vorrede, in welcher die Mängel der damaligen mei-

B 2

sten

sten Catechetischen Bücher gezeiget werden, Leipzig 1724. recus.
Gygneæ, a h. f. XLIII.

*Theologus ille Vitebergensis, Hofmannus, hunc libellum in utilissimorum
h. g. numero ponit, in der Erklärung der Fragstücke unsers Catechismi.
Confer. die dritte Sammlung vom Alten vnd Neuen, 1726. pag 171.*

Das Bild eines Evangelischen Lehres, Dresden. 1725.

Laudatio ad funebrem concionem Jeremii Friberti, supra dicti.

XXV.

Vorschläge zu zweo Theologischen Schriften, davon die erste: die Zurueckweisung vnbüsfertiger Sünder vom Gebrauch des heiligen Nachtmahls, die andere: das vnbennommene Recht der Kinderzucht, betrifft.

*De hoc ad eas den XXVI. Theil der Theologischen Bibliothek, it. Nou.
litter. Lips. 1725. pag. 1001. 1726. pag. 421.*

XXVI.

Lutheri Tröstungen an die Christen zu Halle, über Winklers Ermordung, Halle 1726.

*Ansam ad elaborandum hoc scriptum dedit violenta mors Diaconi olim apud
Dresdenes martyris, Hahnii. Vid. Guinizii Gedächtnis George Wink-
lers, ersten Euangelischen Predigers in Halle.*

XXVII.

Kurze Anzeige von einigen Mängeln der gemeinen Communionbücher. *Laudarunt hunc libellum Seidelius, Helmstadiensis, et Rambachius,
in institutionibus Theologiae moralis.*

Zweyhundertjähriges Gedächtnis von der 1527. an Ostern gehaltenen ersten Evangelischen Predigt, mit einer kurzen Reformationsgeschichte, vnd Entwurf von einer ausführlichen Geschichte seiner Vaterstadt Camenz, bey lo. Sam. Heinsius, in Leipzig.

*Conf. Sammlungen von Altem vnd Neuen, 1727. it. auserlesene Bibliothek,
33. Theil, pag. 758. seq. it. Nou. litter. Lips. 1727. pag. 656.*

Vnpartheyisches Urtheil über einen in Budissin erhobenen Liederstreit, 1727. de quo in der Theol. Bibliothek ad a. e.

XXVIII.

XXVIII.

Geistreiche Betrachtungen vom heil. Abendmahle, e Gall. transl. 8.

*Consul. Sammlungen vom A. und N. 1740. pag. 187. auserlesene Bibliothek,
P. XXIII. pag. 798.*

Iohann Tillotsons Grundlegung der vornehmsten Wahrheiten in Predigten, aus dem Engl. überf. mit D. Marpergers Vorrede, Dr. 8.

Mentio huius libelli fit Parte XXXIX. der Theol. Bibliothek, p. 221.

Kurze Fragen von der Wiedergeburt, und göttl. Gerichte der Verstockung, Camenz.

XXIX.

Disquisitio historica de Confessione fidei, quam Protestantes Hispania electi MDLIX. Londini ediderunt.

*de quo in Analectis Societatis Charitatis et Scientiarum, Tom. II. Lips.
1730. pag. 631. - 639. it. in contin. Budbei hist. theor. litterar. vbi,
pag. 73. lectu digna disquisitio appellatur; nec non in Ephemerid.
illius temp. passim.*

XXX.

Historisches Religionsgespräch von der merkwürdigen Geschichte der übergebenen Augspurgischen Confession, bey Gelegenheit des cc. jährigen Evangelischen Jubelfests vorgestellt; Leipzig vnd Camenz, 1730. 4.

Laudes huius dialogi habes in der Theol. Bibliothek, pag. 888. - 892.

Eine Abhandlung von subtilen Weibermärdern, Camenz 1730.

XXXI.

Gedanken von einer jährlichen öffentlichen Gedächtnisfeier der Augspurgischen Confession, Leipzig, 8.

Eine Gedächtnisschrift von der Liebe zu den Wunden des gekreuzigten Iesu; dem Königlichen Commissionsrath, Ioh. Casp. Pässerin, aufgesetzt, Dresden.

Ioh. Tillotsons Glaubensregel, aus dem Engl. Dresden, 8.

XXXII.

Ioh. Tillotsons Vorstellung der Lehre vnd Gebräuche der Römis-
chen Kirche, aus dem Engl. übersetzt, Dresden, 8.

Cl. Auctor in proœmio Partis I. anno h. s. XXXI. editi potiores libros ab Anglis contra Ecclesiam Romanam promulgatos recensuit. Plura de hoc libro profstant in der Sammlung von A. und N. 1739. pag. 79. seq.
Theologus olim apud Lipsienses, Frid. Guil. Schuetz, in Praef. ad opera quædam paruula Stillingfleetiana a se vernacule reddita hoc scriptum commendat.

Eine Leichenpredigt, ad Sap. IV. 13. 14. den 8. Febr. 1732. gehalten,
und auf Verlangen der Ältern in Druck gegeben.

XXXIII.

Leichenrede über Philipp. III. 8. auf das Ableben seines Schwieger-vaters, *M. Gottfried Fellers*, Past. Prim. von dem rechten Evangelischen Prediger-schatze.

B.) Opuscula variis Ephemeridibus inserta.

Schriftmäßige Gedanken von der augenblicklichen Busse.

in den Weimarischen Anmerkungen aus der Theologie, Kirchen- und Gelehrten-Historie, I. Band, 2. Sammlung. pag. 151 - 174.

Betrachtungen über die bedenkliche Redensart, vom geistlichen Tode Christi.

Ebd. I. B. 3. Samml. pag. 233. - 247.

Animaduersi historica in Crypto-Socinianorum Collegia Biblica.

Ibid. Tom. I. pag. 44. seq.

Gedanken über das Bekentnis der allervornehmsten Gelehrten, von der Schwäche des menschl. Verstandes, in den allerwichtigsten Materien

Oberlausitzische Beyträge zur Gelahrheit, und derselben Historie, vom Jahr 1738..

Gedanken über die Heyrath mit seiner verstorbenen Frauen leiblichen Bruders leiblichen Tochter.

Oberlausitzische Beyträge, II. Bands, 26. 27. 29. 30. Stück.

Exegetische Betrachtung über die Worte Amos, 26. vnd Apo-stelgeschichte VII. 3.

Früh aufgelesene Früchte der Sammlungen vom A. vnd N. 1737. p. 77. - 81.

Die

Die Hochachtung der Arndtischen Schriften.
In den Hessischen Hebopfern.

C.) Libri tum Novi modeste diiudicati.

Der Marpergerische Lehr-Elenchus, II. Th. Dresden. 1727. vnd 1728.
in dem 34. Thl. der auserlesenen Theol. Bibliothek, pag. 361-981.

Die Pfaffische oder Tuebingische Bibel, Fol. 1729.

in dem 44. Theile der besagten Bibliothek, pag. 784. - 872.

D. Zeltners Historia Crypto-Socinismi, Altorf.

in dem 46. Theile, pag. 930. - 967.

M. Adam Bernds 1730. in 2. Alphab. 6. B. abgefaste Schrift, von
dem dreyfachen Zustande, darinnen sich Christen befinden.

Ebd. im 48. Theile, p. 1132. - 1184.

Vindicias huius censuræ, quæ Berndio bilem mouerat, habes ib. Tom. LX.
pag. 584. - 595.

Apologetische Vorrede zu desselben nützlichen Gebrauche der christlichen Moral, in vnterschiedenen Predigten von VII. Jahrgängen, in einem Sendschreiben beleuchtet, *Ebd.*

Reimanni Catal. Biblioth. criticus. *Ebd. 55. Th. p. 602. - 62.2*

D. Io. Bugenhagens wahres Christenthum, samt dessen Lebenslauf,
1731. herausgegeben. *Ebd. 63. Th. p. 247. seq.*

M. Bernds Einleitung zur christl. Sittenlehre, 1733. 8.

Ebd. 70. Th. p. 927. - 934.

Hollmanns ueberzeugender Vortrag von Gott vnd der Schrift,
Leipzig 1733. *Ebd. 74. Th. p. 113. - 127.*

Samuel Clarks geistl. Reden I. - IV. Th. aus dem Engl. übers. von
George Venzsky. *Ebd. 74. Th. p. 549. - 557.*

Evangelischer Liederschaz, oder glossirtes grosses Wuertembergisches
Gefangbuch vom Jahr. 1734. in 3. Theilen. *Ebd. pag. 663. seq.*

Burnets Geschichte seiner Zeit von Mattheson ins Deutsche uebers.
I. vnd II. Th. *in dem 5. 6. 84. vnd letzten Th. der auserlesenen Theologischen Bibliothek.*

Sed

Hc 3655 OK ♦ 16 ♦

Sed subiectendi iam erunt discipulorum in arenam produc-
endorum nomina. Prologi partes sibi sumferat

Christophorus Augustus a Sahla, Equ. Mis.

de cautelis quibusdam, in landibus Virorum bene de Republ. meritorum,
adhibendis dicturus. Sed tristi quadam casti, quem manus Dei ver-
tat ad salutem! impeditus eas relinquere coactus est

I. Wolfio Henrico Gottlob a Klüx, Equ. Lusat.

Post hunc declamatui sunt vxoris meæ frater natu minimus

II. Carolus Erdmann. Burscherus, Camit. et filius meus vnicus

III. Ioh. Georg. Jacobus Voigtius, Camit.

quorum vterque Patronis optimis, scholæque ultimum dicet Vale!
Excipient hos, quos vniue diligo, Consulis Noſtri, qui iam Fasces tan-
ta cum laude habet, filii ornatissimi

IV. Carolus Adolph. Ludouicus Ferber, Camit. et

V. Henricus Fridericus Erdmann. Ferber, Camit.

Post hos valere iubebit Patres, scholam, omnesque optime de se me-
ritos adolescens modestissimus

VI. Carolus Fridericus Gotthelf Opitius, Camit.

Lipsiam, cum meis, migraturus: Agmen claudet


VII. Carolus Adolph. Ernestus a Klüx, Equ. Lusat.

Ad quos beneuole audiendos, vt Vos huius Reipubl. Patres,
Patroni, reliquique, qui Musis noſtriſ bene cupitis, memores illius:

Excitat auditor studium,

cras hora I. post merid. loco consueto adſitis frequentes, omni,
qua decet, pietate et obſeruantia oro.

P. P. Camitii, d. XXIV. April. MDCCCLXVIII.



QR.254.24.

PRIMAS LINEOLAS
VITAE

Z c
3655

VIRO SVMME REVERENDO AMPLISSIMO DOCTISSIMO
**IOHANNE GODOFREDO
LESSINGIO**
ARTIVM LIBERALIVM MAGISTRO
ET
SACERDOTE APVD NOS PRIMARIO
SANCTISSIME ACTAE
EXHIBET

X 2313042

ET
SENATVM GRAVISSIMVM
REIPUBLICAE CAMITIANAE
PATRONOS SCHOLAE
CETEROSQUE
QVI MVSIS NOSTRIS FAVENT
AD AVDIENDAS
ORATIVNCVLAS QVASDAM
SVMMA PIETATE ET HUMANITATE
INVITAT
M. IOHANNES FRIDERICVS VOIGTIVS
RECTOR.

BYDISSAE, LITTERIS VID. SCHOLTZIAE.

